V. poſt Epiph. Matth. 13, 24——30.

Agitur hac Parabolâ, de Zizaniorum, in Regno Cœlorum ſeu Eccleſia,
- 1. *Origine.*
  - 1. *Ἄρσις· Non ſunt à DEO φιλανθρώπως· Hic enim bonum ſemen in agrum ſuum diſperſit, v. 24.*
  - 2. *Θέσις· Sed ab illius inimico, Diabolo, v. 25. qui*
    - 1. *Dormientibus Hominibus venit, v. 25.*
    - 2. *Diſſeminatis inter triticum zizaniis, abiit, ibid. Cæterùm h. l. de autore inquiſitio à Servis inſtituitur, & habetur illius*
      - 1. *Occaſio, v. 26.*
      - 2. *Forma, v. 27.*
      - 3. *Deciſio Patrisfamiliâs, v. 28.*
- 2. *Extirpatione,*
  - 1. *Quæſitâ à Servis, v. 28.*
  - 2. *Dilatâ à Domino, additâ*
    - 1. *Ratione à periculoſo, v. 29.*
    - 2. *Durationis declaratione, v. 30.*

Dominica Septuageſimæ, Ev. Matth. 20, 1——16.

Docet h. l. Chriſtus multos ex primis fieri noviſſimos (h. e. ſuo ſe vitio indignos reddere Regno Cœlorum) & Contrà: è noviſſimis, DEI bonitate primos fieri. Duo autem DOMINUS illa de re pertractat:
- 1. *Τὸ πῶς· quomodo multi ex primis fiant noviſſimi. Modum Chriſtus parabolicè oſtendit. Parabolæ,*
  - 1. *Πρότασις commemorat quid Paterfamiliâs quidam (DEUS Opt. Max.) fecerit cum*
    - 1. *Vinea ſua (id eſt Eccleſia,) quanta nimirum ſolicitudine, de cultura ejus laboraverit. Ideoque*
      - 1. *Exiiſſe dicitur conductũ Operarios in Illam diverſis horis: (h. e. ætatibus, tàm Mundi quàm Hominum.)*
        - 1. *Primâ ſive primo ſtatim diluculo, v. 1.*
        - 2. *Tertia, qua alios vidiſſe dicitur ſtantes in foro otioſos, v. 3. quos ablegaverit ad conficiendum opus ſuum, v. 4.*
        - 3. *Sexta & Nona, quib. idem feciſſe legitur, v. 5.*
        - 4. *Undecima, v. 6. Hoc tẽpore*
          - 1. *Exprobrat otioſis ſuam illam deteſtãdam ignaviam, v. 6.*
          - 2. *Excuſationem illorum qualemcunq;* (da ſie dem Niemand die ſchuld gaben) *admittit, v. 7.*
      - 2. *Conſtituiſſe unicuiq; mercedem ſuam, partim*
        - 1. *Certam: Denarium, in ſingulos dies, v. 2.*
        - 2. *Incertam, juſtam tamen v. 4. & 7.*
    - 2. *Operariis ſuis, vide Litt. A.*
  - 2. *Ἀπόδοσις: Sic noviſſimi erunt primi; & primi noviſſimi, v. 16.*
- 2. *Τὸ διότι· Quare contingat multos primos fieri poſtremos: Quia multi (ſive omnes Divinitùs) vocati: PAUCI verò (ſua certè culpa) electi, v. 16. Simile de ijs qui nomina ſua militiæ dare conſueverunt. Hi omnes dato ſigno compârent: ſed ad nomen & bellum mittendi, multi vel emanent, vel exauctorantur. Quæritur, qui fiat? Reſpondetur: Non Conquiſitoris: ſed ſuo ipſorum vitio fieri. Pari ratione, non DEI culpa fit, quod multi pereant. Hic enim conducit, otioſos arguit, præmia diſtribuit: ſed Hominum vitio, qui murmurant, ingrati in DEUM ſunt, invidi in proximum &c.*

A. 2. Opera-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id375805311/17
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG